

icero, philosophorum ille eloquentissimus, adolescentes ad nobilitatem, & celebritatem incitans, quam ex magnis & præclaris factis eos consequuturos pollicetur, si ijs incumbant: Quod (inquit) eo firmiore animo facient, quia non modo non miridetur illi ætati, sed etiam favetur. Hoc ergo illig dictum, vir humaniss. ob oculos mihi ponens, litteras meas qualescunq; ad Tuam human. dare non dubitavi, favorem nimirum illum nostræ ætati iure quodam debitum, propriamq; libere mihi apud te, de cuius etiam benevolenti animo sollicitus esse nullo modo vel debeo, vel possum, promittens. Atqui unde potissimum ad virum gravem & prudentem scribens mitium faciam? unde potius queso, quam ab eo, in quo totus sum? in quo hæreo? in quo tempus, ætatemq; consumo? Nosti illud

*Narrata de ventos, de tauris narrat arator.*

Accipe igitur quæ de Academia, studijsq; nostris cognoscere fortassis H. T. desiderat. Equidem de ea, quo decet in ea versantem, calamo scribere, mihi nescio an liceat. Nimis n. diu ad pileum vocamur, nimis diu magnifica spe, præclaraq; lætamur. Itaq; non miror quod sinistra fama laboramus, non miror, quod studiosi se alio potius, quam huc conferunt. In quibus huic in-tempestiva moræ causa resideat, meum non est iudicare, nimirum

*Magno se iudice quisq; tæctur.*

Neq; vero hoc ita dictum accipi velim, quasi me aut sumptus, aut progressus mei poeniteat. Etenim, quod ad me attinet, nondum mihi Academia defuit. Quod enim optavi, cuius discendi causa potissimum huc veni, eis hic præceptis mis titutisq; abundo, & quidem ita, ut quod hic consecutus sum, id in nulla alia Academia consequi me potuisse mihi videar. Ecquis enim forte meo ta-  
ptui, qui in primis lingue Hebrææ fundamentis semel et absolute iaciendis e-  
laboro, attemperasset? quod facit ille, quem nosti M. Herm. cui me DEVS  
in disciplinam tradidit. et quidem hoc ita facit, ut dum syllabarum corticem  
fidei machæra convello, dum sonare verbula mitor, continuo animus meus  
nucleo illo scripturæ vivifico promicanti pascatur. Itaq; nunc meæ vicis esse  
puto, Spartam hanc, quam auctus sum, omni ratione, & cura exornare.  
Rursum, neq; illud de Academia scripsi, quasi eam infamia subiectam esse  
æquo animo pati possim: Sed ut sic quod verum est, ingenue confitear: quod fi-  
ctum, et probrose in nostram Academiam effusum, vere et probe refellam.  
Nam quid professores ipsos negligentia accusam? accusamq; ne inertia si-  
galum, qui cum nullam possit habere materiam, non operatur? Quid Aca  
de

deniā tanquam informem ac pene nullam damnant. Num domui ipsi,  
qua ab omnibz deseritur, quam nullqz incolit, nullqz exornat, vastitatem  
& solitudinem acceptam ferunt. Enimvero, ut in vitiosa materia corrupti  
opis causa: ut in Ruzania agrorum vitiositas: sic in studiosorum moria,  
sic in sycophantarum quorundam contaminato Spiritu nostra Academia  
solitudo consistit. At, at qua iam humi serpit, aliquando longe lateqz se paret  
coelumqz continget. Sperantqz enim iam quam desideravimz libertatem, ut cum  
academia ipsiqz transpositione consequamur. Quae enim primum instituta fuerat  
Academia, ea in aulam Illustriss. Principis Amici convertitur. Rumor n. d.  
cum hic Ladae hyemem eruducturum: Nisi cum nunc impediatur Austria  
ci irrequieta p̄fidia, cuiqz iugum iam et ipsi Brabantini exultare conantur  
et pleriqz iam Principi nomen proficētur, hinc bellum rursus in Brabantia  
arsit. Ipse Austriacqz in angustiū redactqz Namurcū confugit, ut colligat ali  
p̄fidos Germanos quibz oīa convulsa reddat, dissipataqz reliquat. Sed Deo ty  
num opprimit. Antwerpensis arcem ab ea parte qua ad civitate vergit,  
liantur, et reliquam<sup>er</sup> partem, urbes moenibz & vallibz complectuntur, ita ut ma  
civitatem efficiant. Sed ad mea studia redeo, quae sunt privata fere, publica  
talia autē sunt privata, ut q̄s contentqz esse possim; et aliquos, qui privata de  
m̄stitutione, huc vocare non dubitem; si qui sint. Hoc tibi vir humaniss. de no  
rebz libere scripsi. Vale, meiqz, Parentisqz (ut habes) rationē aliquā habe.  
tem precaberis plurimam Coniugi, Tuae, amicisqz qui de me p̄curabuntur.  
Leda. Anno 77. 17 Cal. Decob.

Salutat te plurimū tuosqz & suos  
Hermannqz Renneberg P. N. O.

Joh. E. Schig T. H.  
addictiss.

Pruditione et pietate pra:  
stanti viro D. Hermannio  
Schomakero, Senatore Urbis  
Brennensis prudētiss. Domino  
& fautori suo singulari.

Brenna